



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Distinctio vigesima.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Magistri Durandi de

esse aliter quam sit, & tunc est falsitas.

¶ A D P R I M V M argumentum in oppositum dicendum, quod verum dicitur est perfectio intellectus, quia actus quo intellectus intelligit rem sic esse sicut est, est actus summè conueniens intellectui cuius natura est cognitiva rerum, sed ipsum verum formaliter acceptum non est perfectio intellectus, sed est denominatio obiecti conformiter se habentis secundum esse intellectum, & secundum esse reale.

¶ Ad secundum dicendum quod illud quod non est ens realis est nihil realiter, est tamē ens rationis. Nam ens dividitur in ens rationis & ens realis. Quod autem alterius dicitur, quod homines nuntiatur ad sciendum veritatem contra arguentes, quia si veritas sit aliquid reale non est aliud quam relatio conformitatis intellectus ad rem intellectam. Constat autem quod non omnes nuntiatur ad sciendum istam relationem, ergo nec ad sciendum veritatem sic acceptam. Qualiter ergo intelligendum est quod homines nuntiatur ad sciendum veritatem sic utrum non quod veritas quatum ad id quod dicitur formaliter sit obiectum & principaliter cognitum, sed quia homines nuntiatur scire naturas rerum, & habitudines earum quae cum cognoscuntur sic esse & sic se habere, prout est in naturis rerum, tunc est veritas quae est conformitas rerum, ut intellectus sunt ad seipsum ut existimat.

QVÆSTIO SEXTA.

Vtrum veritas sit in rebus an in intellectu.

I^o. vbi supra.

Secundò queritur in quo sit veritas, utrum sit in rebus an in intellectu. Et arguitur quod sit in intellectu, primo per dictum Arist. s. metaphy. qui dicit quod bonum & malum sunt in rebus, verum & falsum in anima.

¶ Secundò per rationem, quia relatio est maximè in illo extremo quod dependet, sed veritas est relatio conformitatis intellectus ad rem intellectam, intellectus autem est dependens ad rem intellectam & non econverso, ergo veritas est in eo.

¶ IN CONTRARIUM argumentur, quia omnis respectus est in suo fundamento, sed fundamentum veritatis est entitas rerum, ergo in entitate rerum est veritas.

¶ RESPONSI. illi qui dicunt veritatem esse respectum realis conformitatis intellectus ad rem intellectam, dicunt quod veritas est in intellectu sicut in subiecto vel potius sicut realis respectus in suo fundamento. Et ad hoc adducunt duas rationes. Prima talis est, quod docunt aliquid dicitur tale ex ordine ad aliud in quo sit, & dicitur tale, primū dicitur tale causaliter, & secundum formaliter, sed res dicitur vera illo modo ex ordine ad intellectum, ergo &c. maior declaratur per exempla, nam quia medicina dicitur sana ex ordine ad animal sanum in quo sifit medicina dicitur sana causaliter & animal formaliter, minor probatur, quia vbi est processus à mouente ad motum sifit in re mota, sed in processu à re ad intellectum est processus à mouente ad motum, ergo &c.

¶ Secundò sic, quia veritas est rectificatio passum, sicut rectificatio eius quod rectificatur, quia est imago & exemplatum, sed intellectus se habet ad rem intellectam sicut passum ad mouens, ergo adequatio intellectus est veritas formaliter & in re est solum causaliter, & ut sic est causaliter vera.

¶ Sed contra hoc arguitur primo, quia inter intellectum diuinum & suum principale obiectum, puta quoniam intelligit seipsum esse summè perfectam ex nulla parte est adequatio passum, & tamen est ibi veritas, ergo veritas non recipit adequationem passuum.

¶ Secundò, quia contingit intelligere verum illud quod nullam entitatem realem habet, sicut quod chimera est chimera, sed talia non entia nihil possunt adæquare sibi realiter, ergo &c.

¶ Tertiò, quia intellectus potest moueri ad verum intellectum ab alio quam à re intellecta (sicut Deus posset mouere intellectum meum ad intelligentium Antichristum futurum) sed talis veritas non constiteret in habitudine intellectus ad Deum mouentem, sed in habitudine intellectus ad rem intellectam à qua non est motus, ergo veritas non requirit adequationem passuum ex parte intellectus, vel illius in quo est per easdem rationes, vel per alijs.

Sancto Porciano

quas earum, pater quod veritas non est relatio actus intellegendi ad rem intellectum, tanquam mensurati ad mensuram, quia in cognitione Dei respectu sui est veritas, sed ibi non est relatio mensurati ad mensuram, nisi forte secundum rationem, ergo veritas non est relatio mensurati ad mensuram, vel est relatio solum secundum rationem, & non secundum rem, cuius oppositum alii dicunt.

¶ DICENDVM est ergo aliter, quod veritas formaliter dicitur non est in rebus, sed in intellectu, non quidem subiectu, sed obiectu tantum. Quod non sit in rebus pater, quia quicquid est in rebus est in eis circumscripsi omni actu intelligi, sed veritas formaliter sumpta non est sine actu intelligendi, ergo veritas formaliter sumpta non est in rebus. Dico autem formaliter, quia veritas sumpta materialiter vel fundamentaliter bene est in rebus, sic cut dictum fuit in precedente questione.

¶ Per idem patet quod veritas non est in intellectu subiectu, quia quicquid est in intellectu subiectu est res vera, & non ratio tantum, veritas autem est ens rationis, ut probatum fuit in precedente quest. ergo ipsa non est in intellectu subiectu.

¶ Relinquitur ergo tertium, quod veritas sit in intellectu obiectu, non quidem sicut obiectum cognitum principali, sed ut quidam modus cōveniens res solidi ut est cognita. Iuxta quod est intelligentum & sicut distinguuntur triplicem actum intelligenti, videlicet simplicem cōponentem, & discursum, sicut sunt entia rationis in triplici differentiatione, quia quidam cōveniunt rei, prout est cognita per intellectum simplicem, sicut vniuersale genus & species. Quodam cōvenienter rei, ut est intellectus per intellectum encyclopiam cōponentem vel diuidentem, sicut affirmatio & negatio, & per consequens veritas & falsitas. Alio vero consequuntur res, prout sunt obiectu in intellectu discursus, sicut antecedens & consequens, syllogismus, enthymema & similia, de quibus omnibus tamquam de entia rationis considerat logicus.

¶ AD RATIO NE S' in oppositum respondendum est primo ad dictum Arist. quod verum & falsum sunt in anima, non quidem subiectu, sed obiectu.

¶ Ad secundum dicendum, quod relatio realis est potissimum in extremo quod dependet, sed relatio rationis non est in aliquo subiectu, sed solum in intellectu obiectu modo quo prius fuit exppositum.

¶ Per idem patet ad argumentum alterius partis, quia respectus realis est in fundamento, sed respectus rationis qualis est veritas quae non est aliud quam respectus cōformati rei, ut intellectus est ad seipsum, ut existit non est nisi in intellectu obiectu, tanquam quidam modus cōveniens rei solum ut est cognita.

DISTINCTIO XX.

Sententia huius litterae in generali & speciali. Nunc ostendere restat. Superior probavit Magister ex qualitate personarum in magnitudine & exterritate. Hic probat ex qualitate earum in potestate eorum. Et diuiditur in duas partes. Primo proponit intentum. Secundò probat intentum. Secunda ibi, Nihil inquit pars minus. Secunda diuiditur in duas. Primo probat intentum per autoritatem. Secundò per rationes. Secunda ibi, item alio modo. Prima istarum diuiditur in duas. Primo proponit probationem Aug. Secundò excludit duas rationes erroneas. Secunda ibi, Sed inquit pater à nemine. Illa pars in qua probat intentum per rationes diuiditur in tres partes. Primo ponit rationem. Secundò confirmat per simile. Tertiò excludit quandam hereticā respondit. Secunda ibi, Hac autem per similitudinem. Tertia ibi, Sed forte dices. Hac est sententia lectionis in generali.

¶ IN SPECIALE verò sic procedit Magister, & primo proponit personas esse aequales in potentia extensiu, quia quaecunq; potest una persona possunt & aliae, & a qua virtute potest una persona possunt & aliae, eadem virtute. Potesta probat hoc per autoritatem, & est probatio talis. Si filius habet in potestate minus quam pater, filius non habet omnia quae habet pater, sed quaecunq; habet pater habet filius, ergo nō habet minus in potestate quam pater. Postea excludit unam rationem hereticā respondit habet

Lib. I. Distinctio. XX.

Habet pater habet filius, sicut bonitatem & potentiam, sed non tamum habet ex unoquoque quantu habet pater. Hoc autem non videtur verum ex autoritate inducta. *Ioan. 17*, omnia quae habet pater & filius. Hoc autem refellit Aug. hoc modo. Omnia habet filius quae habet pater, sed omnipotentiam habet pater, ergo tantundem de potestate habet filius. Potest excludit aliam responsonem quae talis est. Et si filius omnia habet quae pater habet, tamen pater est poterit filio, quia hoc ipse filio dedit, & ipse a nullo, sed a seipso habet. Sed hoc refellit Aug. hoc modo, verum est quod pater dedit filio potentiam sibi aequalem vel non. Si aequalem, si pater est omnipotens, & filius est omnipotens. Si non aequalis, tunc non omnia quae habet pater habet filius. Deinde probat aequalitatem personarum in potestate per rationem que talis est. Si pater genuit filium minorem se in potestate, aut potuit gignere sibi aequalis & noluit, aut voluit & non potuit. Si noluit & potuit, iniurias fuit, si voluit & non potuit, omnipotens non fuit, quoram utrumque est falsum, ergo impossibile est filius non esse aequalis patri in potestate. Ibidem probat hoc idem per simile, quia in generatione humana patre quanto perfectiore potest generare filium generare, ergo multo fortius in diuinis. Excludit ultimum responsonem hereticum, posset enim dicere ex hoc ipso quod filius est a patre et inequaliter ipsi, quam refellit Aug. sic, & in qualitas attinguntur secundum quantitatem & non secundum relationem, sed in hoc quod dicimus filium a patre esse non designamus nisi relationem originis, ergo in hoc non designatur in qualitas patris ad filium. Recapitulat etiam ea quae dicta sunt, & concludit intentum iam probatum. Erin hoc terminatur sententia in speciali.

Q V E S T I O P R I M A.

Thes. I. q. 25. ar. 3. &c. q. 41. art. 6. in uniuslogio

Circa distinctionem istam primò queritur, vtrum filius sit omnipotens sicut pater. Et videatur quod non, quia illud quod est omnipotens, potest in omnem actum, potentia enim dicitur respectu actus, sed filius non potest in omnem actum sicut pater, quia non potest generare, ergo non est omnipotens. Si dicatur quod potest generare non est post aliud, sed ad aliud. Et ita dico quod filius non potest generare, potest tamen quicquid est possibile. Contra, qui omne dicit, nihil excipit, sed omnia includit. Et que dicunt quid & quae dicunt ad aliud, sed omnipotencia dicit potentiam ad omnia, ergo ad ea quae dicunt quid vel ad aliud.

Item secundum August. lib. contra Maximum, & habetur in litera, si pater non potuit generare filium sibi aequalis non fuit omnipotens, ergo secundum ipsum omni potentia se extendit ad generationem filii, sed hanc non habet filius, ergo &c.

IN CONTRARIUM est quod dicit Athanasius in symbolo. Omnipotens pater, omnipotens filius &c.

R E S P O N S I O. Cum omnipotentia dicatur per comparationem ad actum, ut assumptum est in argumento, actuum autem diuinorum quidam sunt essentiales, & transiunt in creaturam ut creare. Quidam vero notionales, & non transiunt in creaturam, ut generare & spirare. De potentia que est respectu primorum actuum nulla est dubitatio, quin secundum illam quem sit potens una persona sicut alia, & ad hanc solam forte recipientes sancti dixerunt quod quem est omnipotens est filius sicut pater, & Spiritus sanctus, sicut pater & filius.

De potentia vero quae est respectu actuum notionalem est tota dubitatio, vtrum secundum eam filius possit dici omnipotens quem sicut pater cum non potest in actu in quem possit pater. Et sunt hic plures modi dicendi. Vnus est latius superficialis, scilicet quod omnipotentia dicitur solum respectu possibilium, quae autem implicat contradictionem omnino non sunt possibilia, propter quod si aliquis non potest ea quae implicant contradictionem, non propter hoc sequitur quod non sit omnipotens, filium autem generare implicat contradictionem, scilicet quia est & non est filius, quia cum in diuinis non possint esse plures patres nec plures filii, si filius generaret iā est pater

Q U E S T I O I.

67

& non filius nisi ponerentur plures filii, scilicet ipse & alius qui est ab eo genitus quod est impossibile, ergo est filius per passum & non est filius sed pater propter actuum generationem quod implicat contradictionem, sed patrem generare non implicat contradictionem. Et ideo si filius non generat non est dicendus minus potens, sed pater si non potest generare non est omnipotens.

Istud autem triuolum est, quia licet non posse ea quae simpliciter implicat contradictionem non derogat omnipotentie, quia talia nullo modo habent rationem possibilis, tamen non posse ea quae non implicant contradictionem simpliciter, sed quo ad istum derogat omnipotentia, quia talia cadunt sub ratione possibilis simpliciter. Alioquin omne agens posset dici omnipotens, quia potest in omnia non implicant contradictionem quo ad ipsum, quodlibet enim agens potest in omnia praeterquam in illa quoruim non habet potentiam. Posse autem illa quae sunt quis non habet potentiam implicat contradictionem quo ad ipsum. Ex hoc enim dicitur aliquis posse aliquid, quia habet potentiam, & tu dicas quod non habet potentiam, ergo habet potentiam & non habet potentiam quod est contradictionem, ergo non posse illa quae non implicant contradictionem simpliciter, sed quo ad istum derogat omnipotentia generare autem filium in diuinis non implicat contradictionem simpliciter, alioquin est etiam impossibile pati, ergo qui non potest generare filium non est simpliciter omnipotens.

Alius modus dicendi est quod filius habet omnipotentiam & omne posse, & est omnipotens dato quod non possit generare. Dicunt enim isti quod potentia generare non est relatio nec relationem includit intrinsecum, licet coexigat eam, sed est essentia diuina quae potest in omnem illud quod habet rationem possibilis vel productibilis, & ideo cum eadem essentia diuina sit in parte & filio & spiritu sancto, in eis est eadem omnipotentia, licet in eis non sit eadem relatio. Et propter hanc omnipotentiam quae liber persona dicitur omnipotens, licet non possit generare, quia ex hoc non dicitur aliquid omnipotens in diuinis, quia habet essentiam diuina sub omni respectu nato fundari in ea quia pater non est omnipotens cum non habeat essentiam diuinam cum relatione filiationis, sed ex hoc solo dicitur aliquis omnipotens quia habet essentiam diuinam quae sola est omnipotentia. Hanc autem habet qualibet persona diuina. Et ideo qualibet est simpliciter omnipotens, & tamen non quilibet potest generare sed solum pater, quia potentia generandi ad explendit actum generationis coexigit relationem paternitatis constitutam personam primam, licet eam intrinsecum non includat sicut declaratum fuit supra dist. 7. Hanc autem non habet nisi in supposito patris ideo solum pater potest generare & non alia persona, licet habeant eandem potentiam quam pater.

Hic autem modus licet sit probabilis, habet tamen quoddam dubia. Primum est, quia assunt quod potest generandi nihil dicit intrinsecum nisi essentiam diuinam quod non omnes concedunt, vt paruit superius dist. 7.

Secundum est, quia videtur inconveniens quod aliquis dicatur habere aliquod posse, quod nullo modo potest in esse ponit. Sed potentia & posse quae habet pater ad generare nullo modo potest ponit in esse in filio, ergo nullo modo illa potentia & illud posse quod est in parte est in filio, non habet ergo omnipotentiam quam habet pater.

AD HOC dicunt aliqui quod potentia generandi & posse ponit poni in esse in filio hoc modo, scilicet quod filius generetur, vel sit generatus & non quod generetur, quia eadem potentia & idem posse est quo filius potest generari, & pater potest generare.

Sed contra potentia pertinens ad omnipotentiam est activa, ergo debet ponit in esse per modum potentiae actus, sed cum potest generandi ponitur sic in esse quod aliquid generetur, vel sit generatum, non ponitur in esse per modum potentiae actus, sed potius per modum potentiae passiva, ergo malè.

Tertium, quia si idem lumen vel simile quod est in sole ad illuminandum & calefaciendum est in alio ad illumindandum & non ad calefaciendum, vel conuenio illud non dicere utque potens sicut sol, ergo si simili licet in

13 filio

Magistri Durandi de

filio sit eadem essentia que sola est potentia sicut in patre, rame quia in patre est ad plures actus quam in filio, filius non potest dici quae potens sicut pater.

13. Quarò, quia potentia nunquam dicit essentiam absolute, sed ut est principium actus, ergo vbi eadē essentia est in pluribus sic quod in uno eorum potest aliquid actum principiare, in alio autem non potest non propter aliquod impedimentum, sed quia talis est natura essentiae, in illis potest dici eadem, sed non eadem potentia, quia potentia dicit principium actus. Dico autem quando non est ex impedimento, sed ex natura talis essentiae, quia si non posset principiare actum propter aliquod impedimentum, nihilominus diceretur potentia quavis impedita, sed quando est ex natura rei, quod non posset tale actum principiare, tunc nullo modo haber rationem potentie: nunc est ita quod essentia diuina in filio non potest in actu in quem potest in patre non propter aliquod impedimentum. (Abst: enim aliquid tale etiam in diuinis) sed hoc habet natura essentiae diuina in filio ex hoc quod non est in eo, nisi explica sua prima facunditate quae est ad actu generandi, ut supradicatur, dist. ergo licet in filio sit omnis essentia quae est in patre, tamen in eo non est omnis potentia quae est in patre, nec per consequens debet dici omnipotens sicut pater.

14. Tertius modus dicendum est, qd potentia quae est ad actus notionales, vt sunt generare & spirare non cadit sub omnipotenti. Et ideo potest habere ad tales actus, vel carere ea non auger vel minuit omnipotenti. Quis ratio est duplex. Prima est, quia Deus non dicitur potens à potentia passiva, sed ab actua, & omni potes ab omnipotenti actua. Potentia autem actua non est actua per comparationem ad esse eius, cuius est potentia actua, quia ipsa est iam entis in actu, sed dicitur actua, quia potest aliud agere, ut sic dicatur aliquid pōnēs per potentiam actuum, non quia potest esse, sed quia potest agere. Et omnipotens, non quia possit omnia esse, sed quia potest omnia agere, ergo si sit aliquid agere quod sit realiter ipsum esse agentis tale agere non recipitur à potentia vere actua, nec cadit sub omnipotenti. Tale autem est generare in diuinis vel respectu patris, quia omnino id est realiter generare & esse patrem. Et ideo sicut non posse esse patrem non arguit in filio in potentiam, sic non posse generare non arguit in potentiam, vel diminutionem potentiae in eo.

15. Sed contra istam rationem obicitur sic. Spirare non est aliquid agere quod sit realiter ipsum esse agentis. Per spirare enim nulla supposita continuatur diuinis in esse supra positi, ergo ad posse spirare directe ordinatur potentia vere actua cuius defectus arguit diminutionem omnipotentiae, sed Spiritus sanctus non potest spirare, ergo non est omnipotens, quod est & quae inconveniens sicut de filio.

16. Et dicendum qd spirare est aliquid agere quod est ipsum esse agentis (patris & filii), sicut enim dicta sunt super dict. ii. supposita habet plures proprietates relativas, vt pater & filius per viam earum non distinguuntur ab omnibus aliis, sed per omnes, nec per viam tantu' constitutur in esse suppositi incommunicabili & distincto, sed per omnes licet perveniat primò & illa dicitur personalis. Cetera tamen concurredunt quasi secundario ad perfectam constitutionem suppositi. Et istud plenus fuit declaratus prius, unde ratio falsum affluit quia per spirare constitutur in esse suppositi tam pater quam filius ut diffinguntur secundum suppositionem à Spiritu sancto, licet neuter eos: ratio primò constitutur in esse suppositi per spirare.

17. Ratio secunda talis est, potentia quae est vere & proprie actua est transmutativa vel productiva eius quod est vere & propriè aliud vel alterum. Hoc patet ex propria ratione potentiae actuae quae ponitur, metaphys. sed potentia generandi vel spirandi non est transmutativa vel productiva alium, quod sit vere & propriè alterum seu aliud, ergo non est vere & propriè actua, maior pater, minor probatur, quia sola relatio non facit aliud propriè, sed essentia vel substantia nec alterum, sed qualitas. Cum ergo supposita diuina differat sola relatione, pater quod inter ipsa non est propriè aliud nec alterum nisi secundu' quid, & cum determinatione, scilicet aliud suppositum. Relatum ergo in uno non est vere & propriè potentia actua respectu alterius, & sic potentia generandi & spirandi non

Sancto Porciano

continetur propriè sub potentia actua, nec per consé
quens sub omnipotenti. Carere ergo tali potentia non
derogat omnipotenti. f. 4.7.4.

18. A.D. P.R.I.M.Y.M argumentum dicendum, quod
potentia actua est propriè respectu actus, per quem produ-
cit id quod vere & propriè est a terum vel aliud, & nō
est ipsum esse agentis, generare autem est id ipsum quod
patrem est, nec est actus quo producatur id quod est vere
& propriè aliud sive alterum, propter quod respectu talis
actus non est propriè potentia actua, unde bene dicunt
illi qui dicunt quod post generare non est post quid, sed
ad aliquid, quia obiectum talis potentia non cadit pro-
pter sub obiecto potentiae actuae.

19. Ad aliud quod contra hoc obicitur. Qui omne dicunt nullo modo habet rationem potentie: nunc est ita quod essentia diuina in filio non potest in actu in quem potest in patre non propter aliquod impedimentum.

(Abst: enim aliquid tale etiam in diuinis) sed hoc habet natura essentiae diuina in filio ex hoc quod non est in eo, nisi explica sua prima facunditate quae est ad actu generandi, ut supradicatur, dist. ergo licet in filio sit omnis essentia quae est in patre, tamen in eo non est omnis potentia quae est in patre, nec per consequens debet dici omnipotens sicut pater.

20. Ad aliud quod dicit Aug. quod pater non est omnipotens nisi possit generare filium sibi aequaliter, dicendum secundu' veritatem Aug. dicit hoc non determinans, sed disputato contra Maximum hereticum, ut apparet in litera. In disputando autem frequenter asserit cōcessa ab aliis, vel ea quae apparent in creaturis ad probandum quod intendit, quanvis omnino non sunt secundum mente suam quae asserit, & sic forte facit in autoritate allegata, vel dicendum quod beatus Aug. non dicit quod potentia generandi cadat sub omnipotenti, nec dicit quod pater non sit omnipotens, si non possit filium generare, sed supposito quod cadere, & pater filium generaret, pater non est omnipotens, nisi possit generare filium sibi aequaliter, quia haec videtur ex imperfectione potentiae generativa, quod concedendum est, quia non est contra propositum nostrum.

Q U E S T I O . S E C U N D A .

Verum in diuinis sit ordo naturae.

Thos. i. q. 42. ar. 3.

Secundum queritur virum in diuinis sit ordo naturae. Et videatur quod non, quia ordo includit prius & posterius, sed in diuinis non est prius & posterius, ergo nullus ordo. Item cuiuscumq; est ordo ipsum ordinatur, sed in diuinis natura non ordinatur, ergo in diuinis non est ordo sicut natura.

21. IN CONTRARIUM est quod dicit Aug. contra Maximum, quum dicitur filium esse à patre, non significatur inequalitas substantiae, sed ordo naturae.

3. R E S P O N S I O . Dicenda sunt duo. Primum est, quod in diuinis est ordo. Secundum est, quod ibi est ordo naturae. Primi patet sic, ubiqueq; est pluralitas sine ordine, ibi est confusio, sed in diuinis est pluralitas sine confusione, ergo illa pluralitas non est sine ordine. Iuxta quod intellegendum, quod ordo vnam supponit, & in alio eius ratio formalis constituit, illud quod praesupponit ordo est distinctio ordinabilium, vbi enim est aliquid tantum unum & indistinctum ibi impossibile est esse ordinem realem. Illud autem in quo formaliter ratio ordinis constituit est habitus eorum inter se & ad aliquid primum. Quod autem huc habitus sit secundum prius & posterius duratio, ut in tempore, sive secundum suceptus & inferius positione, ut in loco vel dignitate, sive secundum proprius quibus & remotoris, mediarius & immediarius, vel alter qualitercum totum est extra rationem ordinis absolute accepti. Ex quibus potest formari talis ratio, vbiunque sunt plura realiter distincta, habent certam & determinatam habititudinem ad se inuicem & ad aliquid primum, ibi est realis ordo, sed in diuinis sunt plura supposita distincta, realiter habentia inter se determinatam habitudinem, & ad aliquid primum, ergo &c.

4. SECUNDVM patet, scilicet quod in diuinis est ordo naturae, nisi quod distinguendum est de natura. Vno enim modo accipiatur natura pro essentia rei completa, vel pro parte essentiae. Alio modo pro generatione vel productione viuentium, que propriè dicuntur natūra, ut apparet ex quinto Metaphysic. Primo modo non est ordo naturae in diuinis, sed secundo. Primum pater sic: realis

Cap. 12.

ordo requirit distinctionem realē, sed in diuinis nō est realis distinctione naturae, accipiēdo naturam pro essentia vel pro parte essentiæ, ergo &c. Secundum patet, & quia ubi sunt in viventibus inuenit principium, ex quo aliud & quod est ex principio naturaliter, ibi est ordo naturæ, hoc est naturalis originis, sed in diuinis est principiū ex quo aliud est naturaliter, ex patre enim est filius naturaliter tanquam principiatum ex principio, & ab utroq; est Spiritus sanctus eodem modo, ergo in diuinis est ordo naturæ, hoc est, naturalis originis.

5 AD PRIMVM argumentū pater solutio ex iam dictis. De ratione enim ordinis absolute accepti nō sunt prius & posterius, sed habitudo distinctorum ad se inuisum, & ad prima & hoc bene est in diuinis. Et enim prima persona, secunda, & tertia, licet ibi non sit prior persona & posterior. Primum enim, secundum, & tertium, dicunt solū ordinem, sed prius & posterius excessum & defectum qui non est in diuinis.

6 Ad secundum dicendū quod ordo dicitur aliquius dupliciter, vel ut subiecti quod ordinatur, vel ut rationis secundum quam ordo attenditur, primo modo est in diuinis ordo personalum, tanquam eorum quae ordinantur, sed secundo modo est ibi ordo nature accipiendo naturalum non pro essentia, sed pro naturali origini.

DISTINCTIO XXI.

Sententia huius distinctionis in generali & speciali.

Hic oritur quæstio. Superioris ostendit Magister æquationem diuinarum personalium. Et quia vñs fuit quibusdam locutionibus, in quibus distinctiones exclusivæ terminis personalibus adduntur, vt cum arguitur solus pater habet tantum de potentia, quātum omnes tres personæ simul, & similia. Hic inquirit de veritate huius locutionis, qualiter scilicet huiusmodi distinctiones exclusivæ non minibus diuinis possunt adiungit. Et dividitur in tres partes, secundum tres quas mouet. Secunda ibi, Post hac autem queritur. Tertia ibi, sed iterum arguitur. Cuilibet questionis adiungit suam solutionem. Hac est diuinis & sententia in generali.

2 IN SPECIALI vero sic procedit. Et querit primum cum fuerit dictū quod tantū est solus pater vel filius solus, vel Spi. sanctus, quantum sunt illæ tres personæ, pater, filius, & Spi. sanctus, quomodo est intelligendum cum dicatur solus pater & filius, cum nunquam sit pater sine filio, nec filius sine patre, & respondet dicens quod per hoc non excluditur una persona ab alia, sed quia propriæ relations ita conuenient vni & non alteri: unde sensus est, solus pater qui ita est pater quod nullus alius est pater in diuinis. Similiter solus filius qui ita est filius quod nulli alii conuenient filio diuina. Postea querit vitrum ista sit vera solus vel solus filius est Deus. Et dicit quod nō sunt cōcēdendæ propter hoc quod aliae personæ sunt exclusæ à diuinitate, nec ista est concedenda, pater & filius est solus Deus, quia esse solum Deum trinitati cōuenit, & non vni tūtū personæ. Postea querit quomodo dicatur solus Deus est trinitas ipsa cum habeat consortia angelorum & sanctorum animalium. Et respondet quod ideo potest dici solus Deus, quod nulli conuenient alii esse Dei: addit eriam quod tanta est coherentia diuinarum personalium, quod vna sola nominata non excluduntur reliqua. Hæc est sententia lectionis in speciali.

QUÆSTIO PRIMA.

Vtrum dictio exclusiva addita vni correlata tiuorum excludat reliquum.

Thos. 1. q. 31. ar. 3.

Circa distinctionem itam queritur primò, vtrum dictio exclusiva addita vni correlatiorum excludat reliquum. Et videtur quod nō, quia dictio exclusiva, non excludit illud quod est de intellectu rei cui additur, sicut addita toti non excludit partem, vel addita homini non excludit animali: sed vnum correlatiorum est de intellectu alterius, ergo dictio exclusiva addita vni non excludit reliquum.

2 IN CONTRARIUM est quod dicitur primo Physicorum, quod dictio exclusiva addita principio excludit principiatum, sed principiū & principiatum di-

Quæstio I.

cuntur relatiuē, ergo &c.

3 R E S P O N S I O. Videnda sunt duo. Primum est, quid significet dictio exclusiva, & quid significet circa terminum cui adiungitur. Secundum erit quid habet excludit per dictiōnem exclusiūam & quid non, & ex his aparebit quod queritur.

4 Q U A N T V M ad primum sciendum, quod secundum Philoiphum li. Elench. solus idem est quod non cū alio. Aliud importat diuersitatem, cum simularet, vel associationem, nō negationē, ergo solus importat negationem allocationis cuiuslibet diuersi ab inclusu, vel absolute vel respectu tertii. Et si quidē significet priuationē associationis absolute, sic importat solitudinē, nec recipitur in diuinis, quia nihil est ibi solitarium, & sic confuevit dictio quod est dictio cathegoretica. Si autē dicat priuationem associationis nō absolute, sed respectu tertii sic accipitur syncathegoretica, & tunc denotat excludit omnem diuersum ab inclusu respectu predicatori, propter quod in omnī propositione in qua ponitur dictio exclusiva prædicatum diuersimode comparatur ad inclusum & excludit, vnde omnis propositio talis habet duas alias exponentes, vnam affirmatiuam, & aliam negatiuam, ut solus Sortes currit, habet itas duas Sortes currit, & nullus aliis à Sorte currit. Et hæc tantum de primo.

5 Circa secundum notandum quod cum solus dicat negationem associationis cuiuslibet diuersi ab inclusu, omne illud excludit quod non est vnu cum inclusu per essentiam, vel saltem subiecto. Rale enim simpliciter est diuersum. Illud verò quod pertinet ad essentiam inclusi, vel econuerso, vel cum quo inclusum est vnum subiecto, quia non sit simpliciter diuersum, nō excluditur, hoc autē apparet ex inductione, includitur enim diffinitio in diffinito, & omnia superiora in inferioribus, tanquam pertinencia ad eorum essentiam. In toto etiam integrali pars includitur tanquam aliquid de essentia totius. Et ideo dictio exclusiva addita diffinitio non excludit distinctionem, nec addita inferiori excludit superiori, nec addita toti integrali excludit partē, imo potius hæc omnia includuntur & interficiuntur, sequitur enim solus homo currit, ergo animal currit ergo rationaliter currit. Et similiter sequitur sola domus est, ergo paries est. Et ratio est, quia quum superiora prædixerint essentialiter de inferioribus, quicquid realiter conuenit inferiori, conuenit etiam cuiuslibet eius superiori. Similiter quum pars integralis sit realiter de cōstitutione totius, ad esse totius requiriatur est partis. Et ideo respectu huius prædicari quod est totum sumptum cum dictione exclusiva infert partem, non autem respectu alterius prædicari. Non enim sequitur sola domus est alba, ergo paries est albus, quia tale prædicatum cōuenit & postea toti nō per talem partem, nunquam tamen respectu cuiuscunq; prædicatori dictio exclusiva addita inferiori excludit superiori, nec addita toti integrali excludit partem nisi prædicatum pertinet ad eorum differentiam. Tunc enim fieret exclusio, sicut dicendo solus homo est speciesissima species, sequitur non ergo animal aut substantia. Similiter sola domus est totum constitutum ex pariete, recto, & fundamento, sequitur non ergo paries, quia respectu talium non fit nullum, sed diuersa. Simili modo dictio exclusiva addita superiori non excludit inferiori nisi respectu prædicari quod pertinet ad eorum differentiam, non sequitur enim, solus homo currit, ergo Sortes non currit, nec ramen infert ergo Sortes currit. Et ratio est, quia dictio exclusiva addita termino cōmuni vel singulare non mutat eius naturam. Et ideo sicut sub termino communī indefinito sumptu non fit descendens, sed ei fallacia consequens, sic sub ipso sumptu indefinito cum distinctione exclusiva, nō licet descendere nec affirmari, nec negari. Quæ autem faciunt vnum subiecto cum inclusu non excluduntur: sicut patet in accidentibus cōcretis. Exclusio enim addita tali accidenti non excludit subiectum, nec econuerso. Non enim sequitur solus edificator edificat, ergo Sortes non edificat, nec econuerso, solus Sortes edificat, ergo edificator non edificat, vel ei ergo albus non edificat, vnde i. Physicorum dicitur quod si accipiantur sola alba albo significante vnum, multa sunt, quia aderit albo esse & suscepit. Dico autē hoc quod subiectum & accidentis significantur in concreto, quia